

thesiam essem ingressus, Hispani qui
dam Leusi sunt me remorati, & læ-
tiores nuncij qui è Flandria quotidie
adferabantur rem mitescere. Nam
nusquam supra octo dies sœuiit. Ac-
cipies à Valdaura meo librum de con-
cordia scriptum à me proxima æsta-
te, dum me horum temporū miseret:
Et quando remedium tot malis adfer-
re nequeo propter imbecillitatem vi-
rium, chartis saltem animum meum
testor. In quo vno me consolor, & ut-
cunque acquiesco. Vale.

Vives Antonio Barchero suo S.

IAmpridem nullas abs te accipio li-
teras: ego verò binas ad te dedi
eodem exemplo, de quibus nihil addu-
bito, quin alteræ saltem sint redditæ,
quæ erant bene longæ, & multis de
rebus, ni fallor, quæ ipse cupiebas cog-
noscere. Interea fuit incredibilis ptur

F ij batio